Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Gen. 1.

10

creauit caelum & terram. cur dicitur terra
autem erat inanis & uacua? Hisi quia ipsa informis
materies quae nomine terrae dicta est. in
anis erat & uacua; Inanis uidelicet. idest incon
posita. & nec dum coadunata in species suas;
Uacua uero. quia uacabat a gignendis fructibus;
unde alia translatio dic. inuisa & inconposita;
inuisa propter obscuritatem. inconposita. ppt
deformitatem. quia adhuc tota abrisso. idest
inmensa profunditate tegebatur aquarum;
unde hoc quod ait. terra autem erat inanis & ua
cua; quale caelum quod primum condiderat pot
est intellegi. uidelicet quod ab omni huius mun
di uolubili statu. secretum diuinae praesentiae
manet & semper quietum; Nam de nro caelo in quo
sunt posita luminaria. qualiter uel quando
sit factum insequentibus declaratur; Hoc ergo
superius illud caelum in ano creatum est. & ua
cuum ut terra. qm nihil creatione protulit;
quia mox beatissimis angelorum agminibus im
pletum est; De quibus superius diximus. quos
in principio cum celo & terra ad laudationem
sui creauit. sicut ipse ad beatum iob dic; ubi eras